



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt XXX. Idem in (a) eodem, Constit. XXXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

CAPVT XXX.

Idem in (a) eodem, Constit. XXXII.

Exterpandæ consuetudinis vitium in quibusdam partibus inolevit, quod scilicet patroni Ecclesiarum parochialium, & alia quædam (b) personæ (c) proventus ipsarum sibi penitus vindicantes, (d) presbyteris earundem servitiis deputatis relinquunt adèd exiguum portionem, ut ex ea congruè nequeant sustentari. Nam ut pro certo didicimus, in quibusdam regionibus (e) parochiales presbyteri pro sua sustentatione non obtinent, nisi quartam quartæ, id est, sextam decimam decimarum. Unde sit, quod in his regionibus penè nullus inveniatur parochialis sacerdos; qui vel modicam habeat peritiam litterarum. Cum igitur os bovis alligari non debat trituranter, sed qui altari servit, debeat vivere de altari. statuimus, ut consuetudine qualibet Episcopi, vel patroni, seu cuiuscunq[ue] alterius non obstante, portio presbyteris ipsis assignetur sufficiens: qui verò parochiale habet Ecclesiam, non per vicarium, sed per [f] seipsum illi deserviat in ordine, quem ipsius Ecclesiaz cura requirit; nisi forte dignitati, vel præbendæ parochialis Ecclesia sit annexa, in quo casu concedimus, ut qui talem habet præbendam, vel dignitatem, cùm oporteat cum in majori Ecclesia deservire, in ipsa parochiali Ecclesia idoneum, & perpetuum studeat habere [g] vicarium canonice institutum, qui ut præd. Etiam est, habeat de ipsis Ecclesiaz proventibus portionem; alioquin illa se faciat auctoritate hujus decreti (h) privatum, libere alii conferenda, qui velit, & possit quod prædictum est adimplere. Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem de proventibus Ecclesiaz, quæ curam debet habere proprii sacerdotis, alii pensionem quasi pro (i) beneficio conferre presumat.

N O T A E.

(i) Pro beneficio.] Scindendo ita beneficium, contra adducta supra in cap. majorib. cap. nisi effent, hoc tit.

COMMENTARIUM.

Pro archis debent patroni præstare ex fructu portionem, ut illis de necessariis sufficienter si provilium, cap. postulati, de rescriptis, cap. ad hoc, de officiis. Vicariis, cap. pervenit, de appellat. Innocentius III. lib. 3. regest. 12. epist. 86. ibi: Ad nostram novem audientiam pervenisse, quod patroni parochialium Ecclesiarum tua diœcesis, tantum de proventibus fibricient earundem: quod sacerdotes ministrantes in eis, non possunt de residuo sustentari; proper quod nouelle remanent parochiis desitatis, eo quod non sunt, qui curam velint recipere earundem. Quocirca fraternitat: tua per Apostolica scripta mandamus, quatenus patronos Ecclesiarum ipsarum, ni de illarum proventibus sacerdotibus in eisdem ministrantibus congruam portionem affigunt, mones. & indicas: ipsos ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione remotâ compescens; cùm non ad opus patronorum, sed ad opus potius servientium in eisdem fuerint Ecclesias reddiū deputatis. Cuius doctrinæ rationem reddit Rota apud Farinacium in posthumis part. I. in una Pacensi, decis. 420. numer. 5. his verbis: Congrua debetur parochis, ut alias intenti ad quarendum sibi vicarium, deferant curam animarum, vel alias ipsi omniam egestatem in illa exercenda committunt, qua comm. e non debent, sive ne etiam ob prædicta egestatem sint ludibri ip[s]is parochiis, quos coercere debent. & à quibus debent reverteri: & prouide cùm ista non concernant inter esse

(a) *Odem.*] Concilio Lateran. videlicet, cap. 32. *Ubi reperiuntur hæc verba, & in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 6.*

(b) *Personæ.*] Monachi videlicet, de quibus in cap. 3. de suppl. cap. avaritia. cap. de monachis, hoc titulo.

(c) *Proventu[m].*] Cùm nihil in illis præter antiquos, & moderatos redditus à locorum Episcopis institutos exigere debeant; cap. præterea, 32. de jure patron. & si ipsis patroni vergant ad iopianam, moderatè ab Ecclesia illis succurrerit, cap. quicunque 30. 16. quæst. 7. cap. nobis, de jure patroni ubi dicemus.

(d) *Presbyteri.*] Id est, Perochis, seu Rectori bus, cap. decernimus 16. quæst. 7.

(e) *Parochiales.*] An etiam presbyteris beneficia simplicia habentibus congrua sustentatio debeat, disputat Baiobea voto 108.

(f) *Seipsum.*] Juxta tradita in cap. quianonnulli, de clericis, non residu.

(g) *Vicarium.*] Ut in can. 12. Conciliu Emerit. ubi post verba, quæ retuli supra in cap. de multa 28. hac leguntur: Presbyter aliis institutur, qui sanctum officium peragat, & discreto[n]e presbyteri virtus & vestitus rationaliter illi ministretur, ut non egeat: aut si quesierit qui ordinatur, stipendiis a suo presbitero accipiat, quantum dignitas officii cum habere expectat. Clericis verò, vel quos ad serviendum ei dederit, per discretionis modum, que necessaria sunt, ministras. Probat Joan. Dartis de benef. sect. 5. cap. 3. de qua portione huic vicario præstanda agit Valenzuela consil. 54.

(h) *Priuatim.*] Ut jam exposui in d. cap. quia nonnulli.

et ipsius parochi, sed ordinis parochorum, & dicatur congrua parochi sustentatio, & quibus
animarum, consensu parochi tacitū elicere
tui ex acceptatione tenuis beneficiū, in nulla debet
haberi consideratione, cūm alias nec expressus
suffragetur ad predictum effectum. Quæ tamen
fructibus certis, vel incertis constare debeat,
latè exponit Hurtado tom. 1. de congrua suspen-
sione, lib. 2. resol. 1. qui in hac parte omnino vi-
dendus est.

CAPVT XXXI.

Idem in eodem (a) Conflit. LXI.

IN Lateran. (b) Concilio noscitur fuisse prohibitum, ne quilibet regulares Eccle-
sias, seu decimas sine consensu Episcoporum de manu præsumant accipere
laici; nec excommunicatos, vel nominatum interdictos admittant aliquatenus ad
divina. Nos autem id fortius inhibentes, transgresores dignā curayimus animad-
versione punire; statuentes uihilominis, quatenus in Ecclesiis, quæ ad ipsos ple-
no jure non pertinent, juxta ejusdem statuta Concilii, Episcopis instituendos
presbyteros repræsentent, utilis de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus
temporalibus rationem exhibeant competentem; institutos vero removere non au-
deant inconsultis Episcopis. Sanè adjicimus, ut illos repræsentare procurent,
quos vel conversatio reddit notos, vel commendat probabile testimonium Præ-
latorum.

NOTÆ.

ubi cap. 9. reperiuntur verba quæ sequuntur, us-
que ad illa, ne autem, & extant in cap. cùm & plan-
tare, deprivil. ubica exponemus.

(c) Nos autem, [P]ræsentis constitutionis com-
mentarium dabimus in cap. 1. de capell. monach.

CAPVT XXXII.

Honorius III. Abbatii & Priori (a) S. Genoveſa.

Locet vobis direxerimus scripta nostra, ut dil. fil. Magistro Rico Ebroicensi Archid.
in lacrapagina cupienti studere, proventus suos ecclesiasticos faceretis integrè
ministrari; non tamen volumus, nec nostræ intentionis existit, ut quotidianas illas (b)
retributiones, quæ tantum residentibus in Ecclesiis, & iis, qui horis intersunt canonicis
exhibentur, ei tribui faciat.

NOTÆ.

Concilium Coloniense cap. 7. Concilium Pa-

lentinum cap. 20. anno 1322. celebratum:
Statutum, quod volentes studio litterarum insisteret,
pro tempore quo insisteret, uidelicet fructus beneficio-
rum suorum usque ad triennium percipiunt, aut
etiam majori tempore, si hoc Prelatus, & suis Capitu-
lis expediens videatur. Eugenius IV. in bulla
qua vulgo Eugeniana dicitur, concessa nostræ
Salmantinæ Academia anno 1431. Pius IV. in
bullo ab eo expedita anno 1564. & Trident.

(a) Genoveſa. Ita etiam legitur in quinta com-
pilatione Honorii III. sub hoc tit. cap. 1.

De monasterio hoc sanctæ Genovæ plura ad-
duximus cap. P. & G. de offic. deleg.

(b) Retributiones. De quibus latè egī in cap. de
cetero, de clericis non resid.

COMMENTARIUM.

EX hac decretali sequens deducitur com-
muniter disputanda assertio: Absens studio-
rum causâ fructus beneficii percepit, non quos dia-
na distributiones. Quam conclusionem probant
textus in cap. relatum 4. cap. inter quartuor 10. cap.
112. de clericis non resid. cap. super specula, fi-
mal. de Magistris, cap. consultationibus 10. de officio,
deleg. cap. 1. de clericis non resid. lib. 6. licet
14. cap. cum ex eo 34. de elect. in 6. cap. 2. de tri-
vial. lib. cap. 2. nec clericis, vel monachi, ead. lib.
Clement. unica, §. caterum, de statu monach. cap. de
quibusdam 37. disf. Concilium Mogunt. cap. 65.

P 4 fund.

Concilium Pa-
lentinum cap. 20. anno 1322. celebratum:
Statutum, quod volentes studio litterarum insisteret,
pro tempore quo insisteret, uidelicet fructus beneficio-
rum suorum usque ad triennium percipiunt, aut
etiam majori tempore, si hoc Prelatus, & suis Capitu-
lis expediens videatur. Eugenius IV. in bulla
qua vulgo Eugeniana dicitur, concessa nostræ
Salmantinæ Academia anno 1431. Pius IV. in
bullo ab eo expedita anno 1564. & Trident.
Concilium tandem sess. 5. de reform. cap. 1. in
fine, & sess. 6. cap. 1. & sess. 25. cap. 1. & jure civili
probatur per argumentum ex textu in l. ques-
tum 78. ff. de legat. 3. l. sed reprobi. 7. alias l. se-
duo 6. §. legatum 12. de excusat. int. l. Seie 20.
§. Pamphilia, de fundo infra dicto, l. cum heres, §. 2.
ff. de statutib. liquidiquid 5. C. de advooat. diverfor.
judic. textus celebris in auctoritate habita, C. ne si-
lius propatre. De jure Regio consonat textus in
l. 6. & in l. ult. tit. 16 parv. 1. Illustrant præter or-
dinarios hic. Duarenus de sacris elect. lib. 4. cap. 2.
Horatius Lazarus de privil. schol. privil. 99. & 100.
Cujac. ad Scovolam in l. Seie, §. Pamphilia, de